

P. lat. rec.

1308

71. 65

Planctus

BEATIS MANIBUS

S. N. - 41, 65

Viri Strenui, Nobilissimi & Amplissimi,

D^N. JOHAN-
NIS CAROLI Prechtorn/

Liberæ S. Imperii Reipubl. Argentoratensis Præ-
toris eminentissimi: Ejusdemque Univer-
sitatis Cancellarii meritissimi:

*Quem Deus ter Opt. Max. ex hac miseriarum
valle ad cæleste Beatorum consortium inter ardentes
sui & suorum gemitus advocavit 3. Junii Anno
Salutis 1635. Aetatis 50.*

dictus & inscriptus

à

Clientibus.



ARGENTORATI,

Typis WILHELMI CHRISTIANI GLA-
SERI, Academiæ Typographi,

M. DC. XXXV;



Uti ter quinq; retrò numerabit in
ordine messes,
Et brumas totidem sospite
mentis ope;

Fallor, an inveniet nullum luxisse dierum
Absque dolorosis divitibusque malis?
Improba ne tangam funesti fulmina belli,
Teutonicos terrent quæ sine fine lares.
Ne dicam exilium maiorum & triste minorum,
Ne querar immanis tormina sæva jugi,
Quod vel atrox hostis, vel atrocior hoste lucrâdâ
Gaudet amor nostris imposuisse genis.
Quid Libitina ferox non has tentavit in oras?
Quid non Parcarum non cohibenda colus?
Possumus ex isto ter scire recentia secla
Tempore, mortales ter recitare novos.
Non plebem, non vile puto de pulvere vulgus,
Sed puto formatos de meliore luto.
Ter fora, ter possum mutata revolvere templa,
Ter schola quos habuit, commemorare patres.

AD
BIBL. UNIV.
MONAC.

Quos

Quos inter PRECHTERE cadis, cadis inclytâ
nostri

Gloria Parnassi, gloria magna fori.

Quam vereor ne mors patrio tua damna Lycéo,
Maxima ne toti damna minetur agro!
Dura fames hominum ventres infestat & ora,
Dura fames tradit millia multa neci;
Durior heu nostras penuria jurat in oras,
Quando rapit tantû mors truculenta decus!
Fas esset summi merita enarrare Patroni,
Divina in patrium dicere dona solum.
Ultima sed vetuit morientis cura, modesti
Qui fuit in vivis, sic in agone tenax.
Hoc tumulo PRECHTERE tuo tamē addo, rogoq;
Ne graviter manes post pia fata ferant:
Te moriente, Pater Patriæ, columenq; Lycéi,
Quin *MORA FATORUM te moriente cadit.

(* Hectoris defuncti epitheton apud
Senec. in Troad. v. 121.)

χρονόμετρον.

Tertia PRECHTERVM IVNI DIVISI ab Vrbe
Nostra, qVI Patræ Nestoris Instar erat.

A 2

Der

Der Hinderlassenen Frauen Wittib
Klag vnd Trost.



Nach GOTT des schweren leids/ daß mir
mein Herz besessen/
Daß ich mein lebenslang werd nim-
mermehr vergessen!
In dem mein lieber Herz/mein Haupte
vnd Ehegemahl
Mich lasset sitzen hie in diesem jam-
merthal.

Er aber hat ihm für ein ferne Reiß genommen/
Vnd wird in diese Welt zu mir nicht wider kommen/
Er hat sich loß gewürckt vom Band der Lieb vnd Ehe/
Darob ich Wittwe muß erfahren schmerz vnd wehe.
Fürwar es möcht der muth vnd krafft in mir versinken/
Ja als in einer Flut das Herz im Leib ertrinken/
Wo nicht der einig trost noch hielte meine sin/
Des ich beständiglich vernügt vnd gichert bin.
Daß GOTT der Lehenherz/ der oberst. H. ERZ. der H. ERZEN/
Des macht vnendlich ist/ die niemand mag versperren/
Hat lassen vber ihn das auffgebott ergehn/
Dem hat er müssen auch zu will vnd ghorsam stehn
Als der/ so lang er hie hat auffgewart im leben/
Zu GOTTES willen sich bereitet vnd ergeben/
Drumb wolt er (wie es ist die warheit ohne schein)
Den letzten Ritterdienst zu leisten willig sein.
Daß ist ein grosser trost/ der mich thut vnderstützen/
Sonst möcht ich Marck vñ Blut/ vnd alle krafft verschwilt.
An diesem hanget noch ein stärker Argency/
Die macht das matte Herz mir von dem kummer frey-
Daß ich zu gwisser zeit zu ihm mich werde schwingen/
Vnd GOTT in ewigkeit mit allen fromben singen

Ein heilig heilig Lied/ ein heilig Lobgesang.
Daß wird mir sein ein Reiß vñ hocheerwünschter gang.
Entzwischen weil ich muß das Creutz vnd Ellend bawen/
Will ich dem lieben GOTT. dem Wittweschirmer trawen/
In Demuth halten still/ biß daß er mich bescheidt/
Wo ende nemen wird all noth vnd herkenleidt.

zu schuldiger vnderthänigkeit auß
herzlichem mitteleiden gestelt vnd
verfertiget von

M. Samuele Glonero P. L. &
in Gymn. P. P.

FAbulaprisca canit cælorum culmen Atlantem
Viribus alarum sustinuisse suis.
Sive pium voluit quid significare vetustas,
Sive quid in somno vidit, id esse sino.
Nunc video verum vixisse expertus Atlantem,
PRECHTERO patriæ commoriente patre.
Cujus suppositis fuit hæc suffulta lacertis:
Nunc obit, & patriam fallor, an ipse rapit?
Summe Deus, nisi tu similes suffeceris alas,
Actum erit, actum eheu, ni medearis, erit!

Debitæ condol. & obf. e. p.

M. Ioh. Gregorius Ernesti SS. Th. Sc.

ANAGRAMMA.

JOHANNES CAROLUS PRECH-
TER, INCLUTAE LIBERÆ ATQUE IMPE-
RIALIS REIPUBLICÆ ARGENTORATENSIS PRÆTOR
AC TREDECIMVIR, UT ET UNIVERSITATIS
EIUSDEM CANCELLARIUS.

URbis plangentis Urbem percurrite Cives,
Mane chei VESTER næ nimis ILLE CADIT

ATLAS! Atque Scholæ pariter percurrite Civeis,
Ultra nil ajo, VESTRA CORONA CADIT!

submiss. condol. e. f.

Johannes Georgius Hartmannus,
Rotemburgo-Francus P. L. C.

Prechterus (cessate oculi dimittere nimbum,
Cessate & lachrymas nunc cohibete pias.)

Prechterus (cessent gemitus, suspiria lenta,
Nec calami nostri detineatis iter!)

Prechterus, (plæctus cessâ, dolor anxie cessâ,
Et mitte hoc unum dicier,) occubuit!

Occubuit (cessant oculi, vocemq, nec ultra
Impediunt, luctus deficit!) occubuit!

Occubuit Prechterus amor, Charitumq, voluptas,
Prechterus tepeto ter, quater, occubuit!

Ergo quibus fas est & commodum; at omnibus esto!
Nunc tanto exequias ite, parate viro!

Ite ex antiquâ genus altum stirpe trahentes,
Prechterus præscâ nobilitate potens!

Pullata exequias ito Respublica mæsta!

Quippe tuum columen fax generosa cadit.
Exequias grati cives numero ite frequenti;

Namq, pater patria, gloria lausq, cadit.

Vestibus exequias induta Academia nigris
Itotuus Phæbus, laus, honor omnis abit!

Docti ite exequias! doctrinâ comptus & ille!

Ite pje exequias; nam prius ille fuit?

Exequias tristes itote Heliconis Alumni,
Vester ocellus abit, vestra corona cadit.

Ite quibus cordi pietas, probitasq, voluptas,

Ite quibus virtus, ars quibus alma placet.

Euge

Euge quibus fas est, & commodum; at omnibus esto!

Nunc tanto exequias ite, parate viro!

Quippe ipsa Donides Lauros, & Barbita Phæbus,

Alma Venus Myrtos, Suada leporq, rosas;

Ales Mænalius virgam, congesit olivam

Pallas, & ex istis constituere rogam.

Aversa que facem supponunt rite Camæna,

Naiadum quævis Præfica mæsta canit.

Fama legit cineres, cippum statuitque superbum,

Et lapidem tali carmine docta notat.

Quod claudi potuit, jacet hic sub marmore picto

Prechteri, reliquum vendicat ipse polus.

verè συµπαιδως f.

Johannes Henricus Schill

Durlaco-Marchicus.

D. JOHANNES CAROLUS PRECHTER

per anagramma.

O PRVDENS RENITE SCHOLARCHA.

Phalcor

VAtis cornigeri micabat olim

Ardenti facies nitore, quando

Summo cum Patre cælitum locutus

Longo tempore multa conferebat.

At plus corpora nostra fulgurabunt,

Nec cedent rutilo corusca Soli,

Nec stellis radiantibus minorem

Emittent rapida inter astra lucem,

Illo quo Patre cum Tonante quondã

Et gaudebimus & loquemur ævo,

Ævo scilicet omnium perenni.

Quo jã perfrueris beate PRÆTOR,

Quantumvis anima, sequetur ipsum

Corpus, si caro cuncta mortuorum.

Imis viva redibit ex se pulcris.

O prudens renite Scholarcha?

donec

Et corpus meritum induat nitorem;

Tunc non inter eris minora cæli

Ornamenta, sed inter eminebis

Fulgentissima siderum theatra.

Nam quo justior orbe in hoc fuisti,

Et quo sanctior innocentiorq,

Hoc plus in superam nitebis aula.

ô prudens renite Scholar-

cha! summus

Debet


Debetur tibi fulgor hinc fuisti:
Qui sanctissimus omnium patronus,
Afflictae patriae scholaeq. tutor,
Iustorum pater, hostis improborum
Exemplum pietatis, at suprema,

Virtutisq. penu, sed universae.
Cum renite Scholarcha pruden-
dens,
Quo caeli renidet nitore caetus!

Debiti luctus & obsequio f.

M. Martinus Dreüffel Argent.
S. S. Th. Stud.

F I N I S.



Univ. Bibl.
München